



Hermānus ille multis uirtutibus ornatus, atq; magna corporis fortitudine erat præditus. Itaque Theutonicus Germanorum equitum ordo post Hermānum Bart eum quātum sup̄imum magistrum, rebus in Syrīa ferē deploratis, consti-  
tuunt. Is itaq; suo officio gnauiter functo, per ali-  
quot annos potēti Sarraceno restitit, & Ptolemai  
dam fortiter defendit. Cum autem urbs illa prodi-  
tione hosti traderetur, ipse se se cum suis in Germa-  
niam patriam contulit, atq; commodiora tem-  
po-  
ra cum īpijs pugnādī expectauit. Commodē au-  
tem factum est, quod eo tempore Prussi crudelis  
gens & idolorum cultores in Poloniā & Mazo-  
uiā irruentes, ferro & igne omnia popularentur, sacerdotes trucidarēt, 250  
ecclesiās delerent, atq; ingentem hominū copiam aliquoties in miserrimā  
seruitutem abducerent. Cum itaq; Conradus Poloniæ dux eam cladem Ma-  
zouiaæ auertere haud posset, 'atq; interea tota Polonia in magno périculo es-  
set, consilio cum suis habito, ad hunc Hermannum legatos misit, atq; à fortis-  
simo illo Germanorum ordine auxilia petijt. Obtulit etiam ei huiusmodi con-  
ditiones: fore si hostem ex ijs locis profligarent, ut partem aliquam Mazo-  
uiæ circa Culmeriam obtinerent, atq; omnem Prussorum terram ijs uictis æ-  
terno iure sibi & successoribus uendicarent.